

ipsos egregiè decipiant : cùm enim mihi ipsi non parùm displiceam , eò quòd ne meo quidem desiderio satisfecerim , tantò minùs spero me illis satisfacturum esse , quantò magis ejus farinae hominibus displicere nunquam non studui.



✠ I. ✠

Hoc seclum *sterile* esse, vile vulgus
 solet clamq; palamq; clamitare.
 En, consentio; sentioq; contra!
 Morum non eqvidem ferax bonorum est,
 sed verò artibus ac *novis repertis*
fœcundum, fere cuncta secla vincit.
 Hoc dum, Flos juvenum, medulla Svadæ,
 bonis *moribus* aucte *literisq;*,
 WEGLEITERE, gravi probas cothurnò
 exculti eloqvii, tibi feracem
 annum hunc spondet honoribus, novisq;
 virtutum titulis, Parens Apollo,
 ac tuæ studiosa secla famæ.

Bonò omine plenus

*Amico suo, præcellenti ingenio prædito, &
 ad magna ac pulcerrima quæq; gnaviter con-
 tendenti, de egregio hoc gratulatur speci-
 mine*

M. MAGNVS DANIEL OMEIS,
 Moralium & Eloqv. P. P.

II. *Sic*